



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

93. Notabilia quaedam de Cardinalibus ex Sacrae Rotae Decisionibus, in quibus fuse tractantur collecta. Ex part. 5. tr. 2. res. 97.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

Cattierrez in 99. pract. lib. 2. q. 75. n. 1. & seq. Burfatus vol. 1. conf. 30. Henriquez lib. 7. cap. 21. num. 6. Molina de iustitia. tom. 1. ar. 2. d. 57. 141 & alij, quos citat & sequitur Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 8. disp. 28. n. 82. & hanc sententiam loquens in terminis de licentia data Cardinalibus testandi, tenet Megalium in promp. tur. ver. Cardinalis, n. 10.

3. Notandum est tamen hic obiter contra Barbariam de Cardin. q. 4. & Nauarrum de redd. Eccles. q. 3. posse Pontificem concedere facultatem testandi Cardinalibus non solum in pios vsus, sed etiam in quolibet, dummodo liciti sint, & honesti, & Pontifex tales licentias se concedere consuevit, Ita Azor, tom. 2. lib. 4. c. 3. q. 12. & Bagnus de S. R. E. dignitatibus. ar. 11. fol. 180.

RESOL. XCIII.

Notabilia quedam de Cardinalibus ex Sacra Rota Decisionibus in quibus fuisse tractatur collecta? Ex p. 5. tr. 2. Ref. 97.

I. AN vniri possint beneficia reseruata de tempore vnionis, si fiat vnio à Cardinali habente Indultum, Rota coram Caualecio decif. 628. num. 3.

II. Indulta Cardinali concessa, an capiant beneficia electiua? Rota coram Puteo lib. 3. decif. 190.

III. Indultum Cardinalis quando non capiat vacationem? ibidem lib. 3. dec. 13.

IV. Indulta Cardinalium an respiciant beneficia de nouo erecta? ibidem lib. 2. decif. 194.

V. Indultum Cardinalis quod cessantibus commendis & vnionibus providere possit, quomodo intelligatur? ibidem lib. 3. decif. 13.

VI. An Cardinales subiaceant Regulæ de publicandis resignationibus? ibidem lib. 1. dec. 189.

VII. Derogatio Indulti Cardinalis ordinarij non datur nisi expresse dicatur, ibidem lib. 2. dec. 412.

VIII. Derogatio Indulti Cardinalis an intelligatur de Indulto Cardinalis extraordinario, non autem Cardinali concessio? ibidem lib. 3. decif. 93.

IX. Auditores Cardinalium quando & quomodo possint seruari terminos? ibidem lib. 2. dec. 17.

X. Cardinalium dicto quando credatur? Rota coram Scraphino tom. 1. decif. 354. n. 12. & decif. 142. num. 1.

XI. Cardinales non ligantur dispositione Extravag. Immuta, & possunt etiam ante adeptam possessionem, Episcopatus beneficia conferre. ibid. tom. 2. decif. 1144. n. 3.

XII. Cardinalis Vicecancellarius, vel Cameraarius vel Penitentiarius non sortiuntur aliquam prerogatiuam in iis, quæ spectant ad officium Cardinalium in eorum Collegio. ibidem decif. 716. num. 6.

XIII. Cardinales sunt familiares Papæ, & non commensales, non veniunt appellatione Officialium, nec in generali dispositione, veniunt tamen in fauorabilibus, etiam in præiudicium concedentis, Rota coram Crescentio decif. 3. n. 12. & 3.

XIV. Cardinales milites Religionis Ierosolymitanæ non sunt exempti ab oneribus impositis Commendis ab eisdem. Rota coram Mantica decif. 230. n. 8.

XV. Cardinales sunt exempti ab oneribus impositis & imponendis pensionibus, quæ eis à Pontifice conceduntur. ibidem n. 7.

XVI. Cardinalium literæ priuatæ non probant.

Tom. I. X.

Rota coram Casare de Grassis decif. 172. num. 12.

XVII. Literæ missiue Cardinalis nepotis Papæ, & Superintendententis loquentes de omnibus beneficiis extenduntur ad Canonicatus in Collegiata, & quare & quando derogent Breui Pontificio. ibid. decif. 112.

XVIII. Cardinalis potest nolle vti Indulto, sed magis vti mensibus Ordinariorum. Rota coram Achille de Grassis dec. 407.

XIX. Cardinalibus sex menses dati ad resignandum beneficium minoris valoris 200. currunt à die prouisionis, non autem à die habitæ possessionis. ibid. decif. 1.

XX. Regula modificatoria Indultorum Cardinalium absentibus durantiis expectatiuis, vt habeant tantum alternatos menses, procedit tam in Cardinalibus, qui semper fuissent absentes, quam in his, qui à principio præsentibus, postea cœperunt abesse. ibid. decif. 410.

XXI. Cardinalis non inhihet alteri Cardinali. Rota in antiquis decision. 31. de dolo & contum.

XXII. Cardinalibus obreuerentiam non inhihetur. ibidem decif. 25.

XXIII. Cardinales non gaudent Indulto, qui nunquam fuerunt in Curia. Rota in decisionibus nouissimis part. 3. lib. 3. decif. 1953.

XXIV. Cardinalis acceptans beneficium ita vt gratia familiaris non possit canonizari, cui ex fauore fuit postea beneficium collatum, non nocet per gesta à se ante præstitum consensum dicto familiari, ibid. decif. 338. n. 2.

XXV. Cardinalis gratia obtenta ius suum à se sine consensu Papæ abdicare non potest. ibid. decif. 358. num. 3.

XXVI. Cardinalium familiares descripti in matricula, si inter eos non reperiatur descriptus, qui se dicit familiarem, an ob id non sit habendus pro familiari. ibidem decif. 416. n. 2.

XXVII. Cardinalis titularis habet de iure ius conferendi in sua Ecclesia hæc tamen iuris assistentia non sufficit ad manutationem, quando probatur alium esse in possessione. Rota apud Farinacium decif. 423. n. 3.

XXVIII. Indultum conferendi in mensibus reseruatis non suffragatur vbi Episcopus est Cardinalis, quia tunc nulli sunt menses reseruati. Rota coram Ludouiso decif. 91. n. 1.

XXIX. Indultum concessum alicui Cardinali intra alienam diocesim, non comprehendit beneficia spectantia ad collationem ordinarij. ibidem decif. 295. n. 8. & hoc est ita verum, vt etiam si sedes Episcopalis vacaret, dum vacat beneficium in mense Ordinarij non potest Cardinalis illud conferre. ibidem, & Rota dec. 442. diuers. Alia etiam priuilegia Cardinalium ex sacra Rota decreta videbis apud Ricciū part. 1. collect. 120. Et ne deseras in casu contingenti etiam videre duas magistrales decisiones Rotæ apud posthumas Farinacij tom. 2. decif. 403. & tom. 1. decif. 464. vbi exactè explicatur, quando, quomodo, & ex quibus censetur probata familiaritas Cardinalium ad effectum reseruatiōis. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem tractatum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus.

M m Subsequuntur